

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de


Dissertatio Academica De Atheo Ex Strvctvra Tu Egkephalu Convincendo

Jenæ: Stanno Mvlleriano, [1708]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn891017178>

Druck Freier  Zugang





103

24/2

Fa 1092 (103.)



4

4

3

1

2



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn891017178/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn891017178/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn891017178/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn891017178/phys_0004)

DFG

- I. M. Waltheri De celi ante et Mariae Witt. 688. nec: 709.
 II. J. G. Neumann de Declaracionis veteri et recentiori Ecclesie
hac infra 708 Witt.
 III. v. E. Læscheni de Evangelismo in Petrismo venato Witt. 708.
 IV. ——— De Padagogia Magistratus religiose Witt. 708.
 V. ——— De Periodis et conversione Hierarchiae Ecclesie
Witt. 708.
 VI. ——— De T. Münster doctrina et factis agt. G. Arnoldi
demissis haec in parte capit. Witt. 708.
 VII. J. Wernsdorffii De methodo concordie conciliandi pacem aum
Protestantibz p riam autoritatis 708 Witt.
 VIII. ——— De virtutibus orationis Dom: Witt. 708.
 IX. ——— De perpetuitate Ecclesie Evang: Witt. 708.
 X. L. Bergen De vocatione græc & peruvia & prophetarum Witt. 706.
 XI. J. F. Mayeri De comitatu Tabernaculo aucto Moysi et Elia 708.
 XII. ——— Instauracio imaginis trinitatis & finis theologiae
propositum Gryph: 608.
 XIII. ——— De Sorinianis Historia —
 XIV. ——— De editionibus oppo d' Altheri —
 XV. ——— In Epist. Pauli ad Rom: —
 XVI. ——— An Iosephus, honores suos Jacobi, Patri p 9 annos
in negros & incolas, quanto pugnare volavit —
 XVII. ——— De Parvitate Lutheri —
 XVIII. ——— De Paullo Secomo Apto 709 —
 XIX. J. C. Orthobi De prophetis libris curiosis combustis 708.
 XX. S. Schneideri de Astrologia judiciana — 709.
 XXI. G. Boettneri: An et qd. Sabbathum legenda stipiat. —
 XXII. J. C. Dachlethi: De narratione Eliaci Reg. XII. 16. Lipp: 708.
 XXIII. C. Viergat: De agro sanguinis Matth: XVII. 3-11 — 706.
 XXIV. B. J. Struvii De Agone Nelsoni exortacione nocte
tria et statu den: 709.
 XXV. Anonymi Graeci fit de somnis delli regis long 708 Lipp:
 XXVI. J. C. Orthobi De serpente & oraculo cum Satana Gen: III. 14-15
Lipp: 708.

- xxvii. J. P. Hebenstreit De scandali naa et necessaria ad
 istud praxi Den. 708.
xxix. De peccatis consequentiis culparientibus et poenis (P. Hebe-
 streit) — 709
xxx. J. F. Budai De observatione Pseudoephesio epistola;
 Aut. Vandahlen Jan. 709.
xxx. — De beatitudine in regno gracie apostolica. De
 actuali salute viatorum. Den. 709.
xxxi. H. Opiti De candelabri Nostrici dom. structura,
 episcoporum posita in sancto Den. 708.
xxxii. J. F. Wuchereri De officiis episcopis locis & iugulis
 principatu — 709.
xxxiii. A. Rus De lapidatione Stephanii — 709.
xxxiv. J. H. Steller De Paulorenato p[er]fore Rom. VII. 14 f[estus]
 Den. 708.
xxxv. J. H. Boerfui De xiiii Theologae naalis in emendatione
 dieget voluntatis. — 709.
xxxvi. C. A. Heumannii De xxi Suetonii 709.
xxxvii. D. Albin-Nicolaider in obituissimis d[omi]n[is] Christi. Zeller 708.
xxxviii. J. Tricobechorii De Philosophia sive medicis et stu-
 dia Clementis Alexandri. Hale 708.
xxxix. J. J. Breithaupt De vera dei reverentia. s. nichil agit.
xl. Anonymi De paulo Theologie et Philos. p[ro]fessione objec-
 tionum devaluatione Helms. 709.
xli. J. A. Schmidii de absolute mortuorum communicacione.
 tympanorum in ecclesia graeca Helms. 709.
xlii. C. Sonagii Ep[istola] 1503 e[st] lector EK 28 capitulo.
xliii. C. Sonagii De machinationib[us] aliquot religiosis, ob
 quas Noetek: p[ro]ba Art: XVII. A. C. demonstratibus
 resphalant. Altiori. — 708.
xciv. — Evijocates primus 709.
xcv. J. G. Zeltneri De Cruci Quili et Cor. XII. 7. Cruz Expege-
 tarum Ad Dorf. 709.
xcvi. — De bore Prophetis eruditio — 708.
xcvii. — De Chronotaxi Millenari ab C. quarti 709.

- xcviii De Jobebo suthoranorum D. G. Möllerij
 Altorf. 704.
xcix I. H. Maij. De origine vitaq; spiritis donis saec.
 Abrameli. I. de. Maij. Altorf. 708
L. J. W. Jägen. Defensio Imperatoris de Joh. Gra. Annal. Rom.
 Bellas Tbingae.
L1. J. C. Hassi. De Baptismo 706.
LII. M. Hillen. Epinicion Debore 707.—
LIII. — De sensu verbis Hobie c. XX. 25. 26q. 708—
LIV. B. Wagner. De vita reverentia in fide Gal. II. 20q. 708
LV. J. Kolmodini. Miles Christi spiritualis pars et adens. Witt. 709.
LVI. J. Esbergii. De Monarchia Uffal. 708.
LVII. B. Boffaci. Declarij Petri Matth. XVII. q. Joh. XX. 25
LVIII. — De mutabilitate vestitiorum curius
 tabilitate institutis q. Antolai Haps. 708.
LIX. J. Trellundi. De Theologia Paradiſaca Fideis
 integri Haps. 707.
LX. J. Meyeri. De visionib; Ecclesiæ. Haderous 707.
LXI. G. H. Goetzii. De Theologis subauctoribus noviori officio
 demotus Lebeca 707.
LXII. — De XIV. Orationib; q. Lanthiſ. argutum (ad J.
 Schmidii) Lub. 708.
LXIII. Frans Garibon. Liber de Religionis Vraen. Invenit
 v. Chilipring. Enf. (Anno 1591) Smalc. 708.
LXIV. C. Obadi. De differencie r. & p. Christianismi et ortho,
 Anonym. Explam 706.
LXV. — Then centrum d. h. Young. Printed u. H.
 aut. d. 1612. dicit J. von Wittenber. Rost. 707
 in 24 pagis v. Libr. 708.

DISSE^TRAT^O ACADEMICA ^{XXXII.}
DE
ATHEO EX STRVCTV-
RA TOT^Y EΓKEΦALOU
CONVINCENDO,

Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO;
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO

DN.GVILIELMO HENRICO,
DVCE SAXON. IULIÆ, CLIVIÆ, MONTIVM, ANGARIÆ
GVESTPHALIÆ, &c. &c.

AMPLISSIMI ORDINIS PHILOSOPHICI INDVLTV
IN ACADEMIA JENENSI
publico Eruditorum Examini submitte

PRÆSIDE

M. JOH. FRIDERICO WVCHERER,


RESPONDENS
GEORGIVS SEBASTIANVS HAMMIVS,
Ratisponensis,
Ad d. Octobris M DCC VIII.

JENAB., STANNO MULLERIANO.

4

5

3





Q. D. B. V.

§. I.



Eruerissimus seculi nostri mos
est, quo Atheos quam frequen-
tissime reputare solent eos, qui
non sunt. Modo abeas paulu-
lum à sententia recepta, in re,
ad salutis negotium non atti-
nente, maioribusque, quos pu-
tant, infallibilibus contradicere

*Atheos-
mum ho-
die facile
tribuere
solent vol-
ab eo im-
munibus.*

audeas, nefandum Athei nomen imponetur tecte sal-
tim, ac intra suspicionis limites. Neque desunt im-
pudentiae adhuc magis velificantes, qui certo assere-
re audeant, rem nondum satis superque examinatam.
In primis paratus hic titulus iis est, qui abusus s̄a-
pe, atque superstitiones, à nostro seculo haud alienas, car-
pere non verentur. In que eo conuenientiam tempo-
ris nostri cum Atheniensium, aliorumque scripture
luce destitutorum gentilium, inducunt huiusmodi ho-
homines. De quo, Atheniensium præcipue, more

A 2

vide

4

4

B

33

5

§ (4) 58

videri pluribus Parckerus potest, Disp. I. de DEO,
Sect. II. III. & IV.

§. II.

Dantur
subinde
Athei.

Licet igitur hic mos seculi reprobandus omnino videatur: nihilominus tamen fateamur necesse est, teterium hoc hominum genus, vel maxima adhibita in iudicando circumspectione, nunquam proh dolor! deesse. Sic & Celeerrimus Struuius noster, in programmate elaboratissimo: *Doctus Athaeus*, insignito, detexit varios, qui frustra excusari creduntur Viro de Republica litteraria longe meritissimo.

§. III.

Sunt di-
versi gene-
ris.

Practici.

Theoretici

Sunt autem Athei generis diuersissimi, quos prolixius recenset Osiander, de DEO in lumine naturae demonstrato p. 92. §. X. seq. Spizelius in scrutinio Atheismi p. 4. seq. In quibus notari præ cæteris merentur Athei speculatiue & practice tales. Hes vocant, qui actiones suas instituunt, sine ullo Numinis timore ac reverentia: quos vbiuis deprehendimus. Ilos, qui interius persuasi sunt, non existere DEVVM. Quibus accenseri omnino merentur, impietatem externe profitentes, siue sint persuasi interius, siue minus. Maximas hi dedere controuerrias Theologis, aliis existere plane non posse ajentibus atheos ita acceptos, aliis vero contrarium defendantibus. Res redit fere ad statum controuerstiæ rite formatum. Quem his inclusit thesibus B. Adamus Osiander, l. c.

I. Atheos speculatiue tales dari, certum est.

II. Idem eo usque impietatis progredi possunt ut nos

§ (5) 5

non solum negent DEVUM, sed & impugnant, quicquid de
DEO vel seitur, vel creditur.

III. At heī speculatiue tales attamen nulli dantur,
aut dari possunt, qui in intellectu certi sint, & fixam-
scientiam habeant, fictitia eiusdam Numinis existentia,
per INTEGRVM VITÆ CRRICVLVM, sine VLLO
LANGVORE IMPIETATIS AVT INTERCISIONE CO-
GITATIONVM ISTARVM, ita ut penitus persuasi sint, ac-
quiescente etiam interiore sensu & conscientia, non esse
DEVUM. p. c. 92. §. X. seqq. Ita limitata sententia af-
firmativa, me habebit facile consentientem.

§. IV.

Sed meum jam non est, hinc vltius immorari
Quæstioni. Refutandis atheis ex B. Sturmii aliorum
que sententia, inferuiunt triplicis generis argumenta.
Sic alii ad ideam DEI innatam prouocant; alii ad an-
xiquisimum & vniuersalem populorum consensum, ad
effectus alii, ex his causam, summum nempe Numen
elicientes.

Diversi ge-
neris ar-
gumenta
opponi
atheis so-
lent.

§. V.

Longe excellentissimus demonstrandi DEVUM vi-
detur modus, quo à scopo in machina quadam obser-
vato, ad eum, qui scopum habuit, argumentamur. Est
hæc probandi summi Numinis ratio planissima, quam
præ cæteris doctissimus Anglus Parikerus Dispp. de
DEO II^{da} vrsit. Notatu dignissima verba sunt, quæ ha-
bentur sect. II. p. 114. Si naturalia omnia in suos fines
ferantur, neque tamen suo cuiusque consilio, cum nulla
intellectus facultate sint prædicta, dicendi initio res con-
fecta est, omniaque rectoris eiusdam consilio confici &

Optimum,
a consilio
ad eum,
qui habuit
consilium.

A 3

guber-

4

4

3

§ (6) §

gubernari sequitur, atque is est, quem summum Numen,
seu rerum omnium Dominum & Auctorem dicimus.

§. VI.

Nostrum
hoc est.

Eundem argumentandi processum & nos elegimus, DEI existentiam demonstraturi. Occasionem nobis suppeditauit doctissimus ille Willisius, in Anatomie cerebri p. 37. Certe, inquiens, opportuna sanguinis in cerebro, & extra ipsum diazoχη, eiusque in diuersis animalibus pro cuiusque necessitate accommodata reciprocationis via, nihil artificiosius, quodque magis summi Conditoris prouidentiam arguit, excogitari potest. Consideravimus, hoc imprimis duce, structuram partium γεγνα-φάλων, collatis aliis Anatomicorum operibus, eamque deinde ad scopum nostrum accommodauimus. Praeiuenerunt hoc in negotio Viri vndiqueque célébratissimi, Venerabilis Abbas, Iob. Andreas Schmidius, B. Sturmius, Magnificus Hambergerus, Præceptor noster atque Patronus deuote colendus; quorum iste ex auris, ille ex oculi, hic ex cordis structura DEI euicit existentiam.

Tractatio ipsa.

§. VII.

Obtegu-
menta Ce-
rebrei pa-
ria.



Btegumentis multis iisque diuersi generis obiectae sunt partes cerebri. Præter enim obtegumenta communia & vniuersalia muniuntur pericranio, cranio, meninge dura, meninge tenui sive matre pia,

Inter

Inter hominis partes principes referendum cerebrum est, quo homo durante hac corporis machina, carere, nulla ratione potest, quo læso, actiones vitales, atque rationales lœduntur mirum in modum. Tot igitur erant obtegumenta necessaria, auertentia quoad possibile, omnem partis tam necessariaæ lœsionem. Præsertim huc facit *enamii* strūctura oppido artificiosissima. Tectum quasi firmius est, ac haud facile penetrabile, vindicans ab iniuriis extrinsecus illatis Τὸ ἐγκέφαλον, nobilissimis quippe vſibus destinatum. Ne itidem spirituum effluvia animalium tanta in copia, tamque facile euaporare queant, efficit miranda craniī strūctura, à parte intrinsecā eundem in finem matre dura obducta. Hinc Willisius in *Anatome cerebri* cum horologio quodam comparat cranium, varia, inquiens, ossum foramina vasorum truncos veluti machine horologicæ pensilia transmittunt. c. IV. p. 32.

§. VIII.

In obtegumentis, extra cranium constitutis, imo & ipso cranio, notaremus plura. nisi ad partes in crano comprehensas properare nos iuberent instituti nostri leges. Neque hic integumenta desunt, quæ reuera pensitari cum cura merentur. Prima fœse offert nobis dura meninx, siue mater dura. Ad cuius Phænomeno descriptionem obseruamus, eam esse (1) membra na matris nam crassam & duram, eamque duplicem, alteram du riorem atque asperiorem, alteram mollem magis atque lubricam.

Accommodare fœse crano altera, externa nempe debebat, cumque eodem connecti, duriorem hinc & asperiorem paululum habitum induebat. Imminebat præterea exterius concussionis aliorumque periculum malorum, à quibus remedia tutiora speranda, durio.

duriori inducta membrana, quam molliori. Cerebro proprius iungitur mater dura interna, adeoque molliorem quoque substantiam in hac deprehendas licet.

- (2) Craniò proxime esse subiectam, & cum eo aliquatenus conhexam.

Subiecta craniò proxime est, quia si tam dura cranii substantia attingeret cerebrum immediate, facile forsitan hoc esset damnum quodpiam perpeccum. Ratio quippe cuilibet dictat facile, melius consultum cerebro esse, vbi membrana accidente ad mollitatem propriam, fuerit inuolutum, quam si dura eaque ossa cranii substantia immediate cerebrum cingeret. Deprehendimus quadantenus connexam cum crano matrem duram, forte consilio eo, ut nutrimentum præbeat cerebro. Vbi enim ipsam meningen, ibi & vascula sanguinem succumque ferentia largiri debemus.

- (3) Omnes partes in crano comprehensas obtegere vndiquaque, & non sine peculiari consilio eius membranam, cerebrum inter & cerebellum interiacentem, esse ceteris huius membranæ partibus crassiorem.

Integumento suo vniuersali vniuersalem quoque cerebri procurat defensionem. Crassis hoc interstitium existit inter cerebrum ac cerebellum: Ne in capitis vehementi concussione alterum comprimat alterum, variisque incommodis largiatur occasio-

- (4) Arteriis & ductibus venosis esse distinctam, vasculis item minoribus venosis.

Ductus sunt arteriæ, sanguinem à corde versus meningem duram adducentes, largientes eo ipso succum, & membranæ ipsi, & crano & integumentis ejusdem. Venæ autem reducunt sanguinem à cerebro

bro versus cor: namque quatuor cavitates communissime sinus Anatomicis dictæ, excipiunt ab arteriis
huc excurrentibus, sanguinem versus cor reducendum,
per venas jugulares transferendum. Distinctis in-
signiunt nominibus anatomici sinus eosdem: quæ pas-
sim videre est in compendiis, systematibusque anato-
micos. Uetus eximius est hicce ductuum venosorum.
Alium adhuc annotauit inter principes anatomicæ pe-
nitiae referendus Willius. Comparisonem nempe vir
laudatissimus instituit inter opus chymicum quad-
dam, & hoc naturæ artificium. Digna verba sunt,
quæ hic legantur: *Vsum insignem præstare videtur, (san-
guis nimirum in sinibus his collectus) nempe calorem
spirituum animalium exstillationi, veluti operi caudam chy-
mico requisitum suppeditando. Quandoquidem enim sanguis
destillandus, in vasis piam matrem intertexentibus contine-
tur, superiores rivi per duram matrem undique diffusi, calore
suo instar balnei marie adhibito, sanguinem suppositum cir-
cumfluunt, & ex illo liquorem subtilem in cerebri substantia
vrgent; seu potius sanguis intra sinus calorem excitans,
velut ignis suppressionis habeatur, qui in destillatione per de-
scensum circum circa vas materiam stillatitiam continens, ac-
census fuerit. Enim vero cerebri substantia interior utpote
sale copioso & sulphure pere exiguo prædicta, temperaturæ fri-
gidioris existit: quapropter ut è sanguine superficiem eius ir-
rigante PARS SPIRITUOSA exstillectur, inque meditullium
eius urgeatur, caloris ambientis gradus intensior adhiberi de-
bet, qualem reuera sanguis in amplissimis sinuum estuaris
collectus facile præbeat. conf. Eiusdem Anatome cerebri.*

P. 49. 50.

(5) Obseruari plures fibras in cavitatibus his, sæpeque
cavitudinem deprehendi anfractuosam.

B

Quæ-

4.

5

6

3

35 (10) 55

Quædam quasi retinacula erant necessaria, ne sanguis cito nimis & impetuose fluere posset: Affectus, ut notum, commouent sanguinem quam vehementissime: opus itaque erat provisione quadam, ne nimia sanguinis velocitas concitaret symptomata longe pestilentissima. Sic ira in furorem facilius atque rabiem poterat verti, ob concitatum nimis sanguinis motum nisi valuulis & quibusdam obstaculis retardaretur parumper sanguis in affectu iræ motus. Taceo quos usus alios assignant anatomizæ doctores. E quibus luculentissima procedit argumentatio; quicquid in meninga dura deprehenditur, summo quodam fuisse conjectum consilio. Sed pergimus iam ad matrem piam.

§. IX.

Phænomena
matris
piae.

(1) Eam esse membranam matre dura longe tenuiorim.

Sufficere haut videbantur reliqua obtegumenta cerebri omnia, iam iam quadantenus tacta, muniuit adhuc membrana alia cerebrum summus naturæ Artifex. Exiguus hic usus est, si ad reliquos comparaueris residuos adhuc. Cur tenuior matre dura evaserit, quare facile possit. Exinde factum credo hocce, quod tot osseis carneisque obtegumentis, imo & membranaceo quodam munitum cerebrum, non requirebat membranam crassiorem adhuc aliam. Huc accedit, quod mollior cerebri substantia, quam mater pia ambit immediate, molliorem quoque membranam vindicare sibi atque tenuiorem omni iure videretur.

(2) Obducere anfractus cerebri omnes, & interstitiorum connectere summitates, omnesque cerebri partes inuoluere.

Sept.

Sepimentum est quo spiritus animales in locis sibi destinatis manere debent, & ab aliis regionibus cerebri cursum suum abstinere. Necesaria erat huiusmodi membranæ in partes singulas obductio, ut partibus cerebri singulis copia adueheretur sanguinis debita, materiaque, ex qua spiritus animales exstillance, cerebri substantiæ ad suas facultates peragendas communicandi. Cuius rei numerus tertius, excipiens hunc immediate, dabit explanationem vberiorem.

(3) Arteriis & venis esse instructam, mirifice sibi inuicem occurrentibus, inter se connexis.

Arteriis & venis cur sit adornata membrana hæc, ex modo dictis colligere est. Nempe ut sanguinem cuilibet parti requisitum aduehere, alium autem ad cor deferendum reuehere queant. Digna est dispositio ductuum horum, ut notetur. Sociæ pergunt venæ arteriæque alias in corpore humano, consilio omnino sapientissimo; in meninge autem seu matre pia occurunt sibi inuicem, summam sic in cerebro sanguinis æqualitatem seruantes et facilius.

Notabilis quoque est arteriarum & venarum insculatio, ut si forte unus alterue aditus occluderetur, infunderetur sanguis cerebro, vel per unicum aditum nondam occlusum.

Ne quid dicam de plexibus venarum atque arteriarum admirandis plane. Sanguis enim in meninge pia circumfluens materia est, ex qua iamiam spiritus animales procreandi. Procreari autem nonnisi sanguine subtiliato poterant: cum spiritus naturæ sint longe subtilissimæ; igitur tot constituti ductus sunt, quos transeundo elaborari magis sanguis & reddi subtilior posset. Videas præterea arterias multis ornatas glandulis, quarum officium est, quod in sanguine minus

est subtile, recipere, concurrereque quadantenus ad reddendum sanguinem defæcaciorem.

§. X.

Hactenus de integumentorum fabrica differimus atque vsu. Longe maioris momenti est atque difficultatis cerebrum ipsum: tantæ quidem, ut abstrahat fere animum nostrum a sui consideratione. Agnita & iis est difficultas, qui anatomicorum principibus adscribendi. Willius in prefat. Anat. Cerebri præmissa: In plerisque visceribus & vasis tæ exœvæ sumores contenti, nec non meatus eorum intra ampliores partium continentium cavitates visu discernuntur: In cerebro autem & nervis, neque tæ œuæ, sc. ipsi spiritus animales, nec eorum tractus aut vestigia, quovis modo percipi possunt. Quare cerebri usus explicare velle, eaque difficile pensum videtur, ac animam depingere, de qua vulgo pronunciari solet, quod omnia intelligat, prater se ipsam. in prefat. Tr. cit. Quam eandem difficultatem adhuc magis exaggerat. p. i. l. c. Pleraque tamen anatomicorum nobis detexit diligentia, imprimis Willii. His ducibus aggredimur & cerebri ipsius, aliarumque partium descriptionem, & notamus in cerebro.

Phænomenon (1) In duas partes diuidi, corticalem alteram, alteram cerebri. ram medullarem.

Pro diuersarum partium scopo diuerso, diuersæ partes cerebri deprehenduntur: consecranda pars alia erat spirituum procreationi. alia libero eorundem fluxui, hinc est quod corticalem offendimus substantiam cerebri, productioni destinatam spirituum animalium: medullarem autem, cui infundi possent, spiritus animales producti. In dubium forte si cerebri corticis munus

munus hocce reuocaueris, ipsam quæso etiam aliis connexionem partibus consideres, exspirabit fortassis omnis dubitandi ratio. Inseruntur profecto huic cerebri substantiæ crebriores ramusculi arteriarum, aduenientes laticem spirituosum, è quo spiritus producuntur: arteriis mirando quodam confilio iunguntur venæ vehentes, qui nondum aptus erat productioni spirituum, sanguinem. Ipsa quoque corticis huius est ita constructa substantia, ut oculo armato adspiciendi statim huius nostri asserti clarissima patescat veritas. Obseruarunt quippe Malpighius, postque eum complures alii, constare ex numero ferme infinitis glandulis, diuersis admodum figura, magnitudineque cerebri corticem commemoratum iam saepius: vasis vero sanguiferis minutissimis glandulas easdem connecti inter se, anne alium in finem credis, quam ad eo meliorem spiritum in quibusuis corticis partibus procreationem, & deinde futuram distributionem. Scopum autem plane alium substantiæ medullari attribuimus: colligentes eum ex ipsa huius substantiæ inspectione. Tubulos offendimus, meatui sane spirituum animalium inseruentes.

(2) Corticalem cerebri substantiam mirum in modum esse anfractuosam.

Confilio miro anfractuoso corticis elaboratos credimus. Producuntur quippe spiritus animales omnes in corticali cerebri substantia: quem in finem anfractuosum erant meatus necessarii, ut eo maior alimenti spirituosi copia recipi posset. Namque anfractus gyrosque amplius longe occupare spatium, quam ductus rectilineos, est in aprico. En sapientiæ specimen admirabile.

Nec sane usus est minimus plicarum memoratarum, quod ideæ sensibilium cerebro impressæ seruari facilius in ambagibus, quam lineis possunt.

B 3

(3) Me-

4

4

3

3

3

(3) Medullarem è contra esse æqualem, gyris & convolutionibus multis hautquam conspicuum.

Munus destinatum aliud erat huic cerebri parti, quid mirum si alia sit vestita structura. Est hæc æqualis, & ut obseruare microscopio licet, tubulosis ductibus refertissima, vt spiritus animales in cortice producti, meare liberius, atque commodius his instillari, ab his communicari possent toti systemati neruorum.

§. XI.

Phænomena Corporis callosi hæc sume phænomena.
(1) Cohærere illud cum substantia medullari interius spectata.

Vlterior spirituum animalium propagatio requirebatur, liberrimumque qualis spatum, quo in cursu suum exerceant, prouide itaque admodum iunctum est corpus callosum. Liberius quoque facultatum animalium exercitium exinde resultat.

Neque hoc cursus & circulationis exercitium frustraneum est, sed potius agitatione & continua circulatione subtiliores semper redduntur spiritus, & ad officium suum aptiores & accommodatores.

(2) Esse illud albissimæ & durioris substantiæ. Albissima forte est, quod nulli eò venarum atque arteriarum ramusculi excurrunt, album colorem turban tes, induentesque alium. Cur nulli dentur huiusmodi ramusculi, diuinare facile est ei, qui nouit deputatam meatibus spirituum animalium iam elaboratorum, maiorique eorum subtilisationi. Est autem durissima, quo fundamenti instar sit, quo in medullaris substantia quiescat parumper, in primis capite concussione quadam commoto nimis.

§. XII.

§. XII.

Neque ventriculi cerebri plane pratermittendi *Ventriculus*
sunt. Sunt hi cavitates cerebri ex complicatura eius *cerebri*.
orta. Dubius est cavitatum harum usus maximeque
controversus.

Nos preferimus *Willisi* sententiam, statuentis, locum
esse à natura destinatum huncce, ut serositates san-
guinis superfluas excipiat, per meatus eis connexos
foris amandandas. Quam sententiam solide demon-
strauit in Anatome Cerebri, p. 85, seqq. c. XI. & XV.

§. XIII.

Ad fornícis delineationem notandum est:

(1) *Esse eiusdem cum corpore calloso substan-* *Phæno-*
tia. *nna fornícis*

Eundem ferme obtinet scopum, quem corpus callo-
sum. Fundamentum esse cerebri incumbentis debe-
bat: hinc duriorem induere oportebat habitum, eun-
demque quem corpus callosum.

(2) *Cum corpore calloso colligari.*

Spiritus enim animales, vbi in corpore calloso ferian-
tur, hunc transeunt ductum, perque eum in poste-
riorem cerebri regionem liberrimum obtinent aditum.
Imo subtiliores huiusmodi circulatione reddi, ad-
modum est verosimile.

(3) *Caudici medullæ oblongataæ posteriorem cerebri*
molem connectere.

Medulla oblongata cum sit substantia mollioris, dilabi
facile poterat atque diffluere: retinaculum igitur qua-
si quodpiam est, quod compingit arctius medullam
oblongatam.

(4) *Ab una cerebri extremitate interiori produci ad*
alteram.

Sic

4

5

37

33

3

Sic forte recluditur aditus in hanc modo, modo in istam cerebri partem, per modum circuli spiritibus animalibus: redduntur iij subtiliores circulatione, induciturque iis ad subtiliores phantasie actus peragens aptitudo. Hanc autem postremam utilitatem nolumus cuiquam obtrudere.

§. XIV.

Sequitur septum lucidum. de quo nota.

(1) Interponi cerebri ventriculis.

Phænomena septi lucidi. Interiectum est, ne in concussione cerebri nimia confusio facile ventriculorum fieret.

(2) Esse substantia tenuissima.

Tenuissima est, quia à meninge pia deriuatur, cuius membrana est tenuis admodum. Huc tracta tam tenuis membrana est, forte vt aliquis fieri posset spirituum animalium transitus. Nec tamen male feceris, vbi refugium in solo arbitrio diuino quæsueris.

§. XV.

Phænomena medulae oblongatae. Supersunt partes τύπη Φάλας alia. Medulla ni-

mirum oblongata: in hac obseruare est,

(1) Inchoari eandem à corporis callosi intima cauitate & vsque ad foramen occipitis exporrigi, desinere demum in medullam spinalem.

Non sufficiebat vnicum in corpore calloso spirituum animalium exercitium: nisi cum reliquis corporis humani partibus communicarentur iidem. Proutide itaque meatus est à natura constitutus, per quem communicatio tam necessaria fieri commode possit, cum reliquis corporis humani partibus. Eo enim videtur fine exporrecta medulla oblongata, vsque ad medullam spinalem, vt spiritus eidem sat multi suppedarentur, & mediantibus nervis, hinc fluentibus in totum humanum corpus, toti humano corpori. En-

effer-

effectum iterum miri consilii, quod ex hac machina eluet.

- (2) Plicis autem & incuruaturis nullis præditam, quas in cerebro & cerebello obseruamus.

Cessante enim causa, cessat effectus: non opus erat, ut elaborarentur demum spiritus in medulla oblongata, ergo neque plicæ necessariæ: alia autem ratio est cerebri & cerebelli, vti ex antecedentibus liquet & consequentibus.

- (3) Præditam esse calle ampliore & maxime aperto.

Spirituum esse meatum, certum est: *Willisius* motus spontanei executores hoc meatu propagari, & instillari membrorum nervis coniicit. Quæ coniectura est admodum probabilis.

- (4) Corpus striis distinctum variis cohærere utroque, descendantibus aliis, aliis adscendantibus.

Communis sensorii sedes hoc in loco est. Sunt nempe striæ meatus spirituum animalium, in quibus pro diuersitate facultatum atque operationum adscendere modo, modo descendere commodissime spiritus animales possunt. En miram iterum striarum coordinationem! En manum prouidam huic mixtam operi! Confirmat sententiam nostram nervorum omnium pone hæc corpora origo, indicio infallibili, ex his, nervis communicari spiritus atque instillari corporis humani totius. Extra dubitationis limites rem ferme collocat obseruatio à *Willisio* instituta: In hominibus, inquiete, paralysi defunctis, hæc corpora præ aliis minus firma, instar amuræ discolorata, & striis multum oblitentis. Porro in catulis recens natis, qui visu carent, aliasque motus aut sensus facultates ægre perficiunt, hæ striæ vix integræ formatæ, tantummodo ruderis apparent. I. c. sèpius.

P. 96.

C

(5) In

4

5

34

35

(5) In medullæ oblongatæ basi conspicuum esse infundibulum, sive tubulum membranaceum, à pia matre versus glandulam pituitariam productum continuatumque.

Recipit infundibulum humorem è ventriculis cerebri defluentem, quod munus colligere abunde est ex connexione infundibuli cum ventriculis modo commoratis.

(6) Huic demum adhærere glandulam pituitariam. Glandula hæc recipit humorē per infundibulum defluentem. Quorsum autem humor memoratus ablegetur à glandula pituitaria, utrum tantum in venas iugulares, an simul ad palatum irrigandum, nostrum non est determinare, cum controversia sit Anatomorum.

§. XVI.

Excipiunt partes priores aliæ adhuc. In quibus notanda

Glandula pinealis. (1) Glandula pinealis. Ea nomen sortita à figura nucis pinis inuestitur membrana tenui.

Vsus eius controversus valde est: sedem quærunt animæ Cartesius, & qui sequuntur eum, in glandula hacce. At bene iam dudum fuit responsum à Willisio aliisque: si animæ sedes hac in glandula collocanda est, brutis nec animam debere denegari. In brutis quippe perfectis datur hæcce glandula. Animam vero competere brutis, maximopere aduersatur Cartesianis. Igitur & relinquere debebant sententiam, qua glandulam sedem animæ faciunt. Verosimilium itaque est, recipere eam ex arteriis subiectis materiam serosam, & infundibulo instillare, à qua ulterius dein-

deinde pergit in organis huic destinatis officio. Pem
nem cerebri vocare solent alias.

(2) *Plexus choroides*, qui continuo adiungitur inque *Plexus*
binas partes, eruribus medullæ oblongatae connexas, *Choroides*
distribuitur.

Summa iterum sapientia constructus hic plexus vide-
tur. Datur iste in regione cerebri medullari: cui vt-
pote destinatae spirituum animalium exercitio, desunt
vasa, à meninge pia deriuanda alioqui; absentibus
autem eiusmodi vasculis, abest quoque calor spiri-
tuum animalium circulationi requisitus: absente hoc
calore, quæ sequantur incommoda, notum est omni,
nisi in his plane hospiti. Avertenda hæc incommo-
da erant, & procuranda media, quibus debitus con-
seruari calor posset. Igitur hic plexus siebat, in quo
sanguis circulariter mouens se, calorem istius regio-
nis excitaret conseruaretque.

(3) Dehinc protuberantia quædam conspicuae admo-
dum. Quatuor sunt moleculæ, sibi tamen coniunctæ *Nates &*
inuicem. Anterioræ iisque maiores nates appellan-
tur, posteriores autem testes.

*testes cere-
bri.*

Difficilissimum equidem est, singularium partium cere-
bri inuestigare velle usus: hæc & cur tantopere in di-
uersa trahantur medici, videtur esse ratio. Antefer-
enda Willisi, statuens, diuerticula esse spirituum
animalium, in quæ spiritus animales propter usus cer-
tos secedant ibidemque propter certos quosdam actus
animales commorentur, ut instinctus naturales à cor-
de & visceribus cerebello traditos suscipiant, & cere-
bro communicent, atque vice versa affectuum impe-
tus à cerebro acceptos mediante cerebello versus præ-
cordia transferant. Monticulos autem minores, esse
majorum epiphyses, eundemque cum illis usum ob-

C 2

tinere:

4

5

39

33

3

tinere: Ceterum neque hanc vlli sententiam obtrudemus, doctioribus potius relinquentes iudicium, de his ferendum.

Anus.

(4) Cauitas in his protuberantiis non plane pleneque coniunctis anus Anatomicis appellatur.

Stante sententia nostra priori, transitum spiritibus animalibus videtur concedere.

Licet & dicere queamus ex necessitate coordinatio-
nis molecularum rotundarum cavitatem aliquam
saltim mansisse adhuc superstitem.

§. XVII.

*Phæno-
mena Cere-
belli.*

Demum ad cerebellum quoque accedimus. Cu-
ius phænomena sunt sequentia.

(1) Præditum esse, uti cerebrum, substantia dupli-
ciori corticali, & interiori medullari.

Facit substantia cerebelli exterior siue corticalis ad procreationem spirituum animalium. Quod in cerebro obseruauimus. Medullaris autem recipit spiritus in cortice productos. Quanam ex ratione fiat illud, quod in cerebro & cerebello eadem datur partium coordinatio, atque spirituum productio & in cerebro & in cerebello, difficile equidem est iudicare. Diuersus credo scopus est spirituum in cerebro, alias in cerebello productorum, quem mox expli-
cabimus.

(2) Situm esse in ipso occipitio, accrescens quippe dupli medullæ oblongatæ caudici.

Arbitrio Opificis summi relinquenda quædam sunt.
Vix itaque determinare possumus, cur in hoc, non
loco alio cerebellum collocatum sit.

(3) Com-

(3) Commercium nullum cerebrum inter & cerebellum intercedere.

Quæ actionibus sunt diuersis destinata, nullum quoque habent inter se inuicem commercium. Quo in diuersitas functionum videatur consistere, numerus sequens quartus exponet fusiſ paulo.

(4) Cerebelli gyros ordinata quadam serie esse coordinatos, aliter ac in cerebro.

Cerebelli enim munus est, spiritus animales suppeditare neruis quibuscumque, quibus intercedentibus peraguntur actiones inuoluntariæ, constantissimo quodam & immobili ritu. Quales actiones sunt: cibi concoctio, huius è stomacho protrusio, excretionio, aliaque plura, oppido necessaria. Conuenientissimus itaque ordo erat pro scopo hoc obtinendo: semper enim eadem manere debebat concoctio, idem naturaliter semper cordis pulsus, & sic in ceteris nisi turbanda sit hominis sanitas. E contra cerebri munia dependent ab hominis arbitrio: modo enim fortius, modo minus fortiter commouentur spiritus, prout hominis arbitrium imperat: hinc cerebri plicæ inordinatae sunt, respectu ad cerebelli plicas habito.

(5) Piam matrem omnes cerebelli gyros inuoluere. Vasa erant sanguifera applicanda, pro spirituum extillatione, cerebelli gyris. Commodissime illud fieri poterat meninge pia mediante. Hæc ratio est, cur huc vsque extendatur.

(6) Varios dari vasorum plexus, itemque glandulas. Optimo enim modo calor sic excitatur quo excitato, spiritum procreatio animalium promouetur, infillanturque compagi cerebelli. Glandulas ad phlegma separandum adesse credere fas est, vti ex vsu glandulis alias proprio illud coniucere licet.

Nolumus de cerebri structura monere plura, harum rerum cupidus satisfacere desideriis suis poterit ex Anatomicorum compendijis systematibusque. Accedimus iam ad negotium dissertationis nostræ principale, consideraturi, quanam ratione ex cerebri structura demonstrari DEVS possit.

Postulatum: *DEVS est entitas intelligentia infinita, dirigen*gens res creatas omnes ad suos fines, sapientissimo quodam suo consilio,

Præmittimus hoc loco postulatum, ut quem de DEO conceptum formari velimus, pateat, succedatque eō felicius demonstratio. Diximus itaque, DEVM esse (1.) entitatem, quia simplicissimus est DEVS, atque alienissimus ab omni compositione. Vti autem simplicius est abstractum concreto, ita abstractum præ concreto maluimus eligere, neutquam autem, qui usurpant concretum, eorum sententiam reiicientes atque loquendi rationem. (2.) Entitatem appellamus intelligentia infinita. Quare mentionem faciamus intelligentia, non attributorum reliquorum, quæri posset; dari ratio facile potest ad antecedentia attendenti. Constat quippe ex iis, à consilio nos ex partium dispositione colligendo ad ens, cui insit consilium argumentaturos, illudque summum atque infinitum, cum consilium supponatur tale. Ratione sane haud dispari, cum demonstrationem inchoarent, confecere summi Philosophi, Plato, Aristoteles, & Cartesius definitionem aliquam Numinis summi, accommodatam quoque ad caput principale, ex quo DEVS erat evincendus. Adiecimus supra Epitheton, quod maximopere videbatur esse necessarium appellantes DEVM infinita intelligentia entitatem. Sic enim Numinis intelligentia erat

33 (23) 53

erat contradistingueda intelligentia res inter creatas
deprehendenda. Finita est intelligentia angelorum
hominumque, satis quidem accurata nonnunquam,
imperfecta tamen. DEI autem intelligentia est omni-
bus numeris absoluta, cutes & luculentissima dantur
in oculi structura documenta. Addidimus porro: *dirigens*
res omnes ad suos fines, sapientissimo quodam consilio. Respi-
ciunt hæc expresse ad directionem tantum, fundatam
in infinita intelligentia.

Principia:

*I*mum. *Non datur neque vlla ratione dari potest in rebus
finitis, in genere causarum processus, in infinitum.*

Processus in infinitum est progressio causarum secum
connexarum inuicem in omnem infinitatem, ita ut
quo altius progrediatur mens, eò altius progredi de-
beat, neque acquiescere vñquam posit in entitate
prima. Finge, te millies millia causarum indagasse,
supererunt tot, imo longe plura, ut nequeas attin-
gere terminum vllum ratione vlla. Refugium hoc
est Atheorum, vti credunt, firmissimum longe. Si qua-
ras ex Atheo; vnde homo & stupenda eius struc-
ræ machina? Vnde bruta, vnde tot brutorum species
emanauere? Ab omni infinitate dicunt, extitere hæc
omnia, neque vñquam a causa aliqua prima habuere
initium. Vrgent equidem omnibus modis athei pro-
cessum huncce. Persuasio est quippe iis firma, nullum
esse DEVIM, obtento isto. Verum enim vero euincet
veritatèm processus huius nunquam, atque pro diuersi-
tate huius processus, diuersimoda erit responsio. Siqui-
dem faciunt eruditii duplē eundem, circularem nem-
pe, & linearem. Ille conceptus iis per modum circuli, cau-
sus dicit motrices in circulo infinito à se dependere: hic
per linea modum sursum adscendentis in omnem sup-
ponit

4.

5

3

33

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn891017178/phys_0031](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn891017178/phys_0031)

ponit infinitatem causas respondere causis. Utique nullius est momenti. Circularis destruit se ipse, quia idem sequitur sui esse ipsius causam: quod omnino repugnat. Concipiamus genus humanum tanquam circulum, certe primum dependebit ab ultimo, ultimo à primo, adeoque erit idem sui ipsius causa. Id quod est absurdum. Neque est, ut magna cum cura refutemus processum in infinitum eiusmodi generis: hoc enim haut frequenter prouocare Athei solent. Malunt ad malitiam suam defendendam ut progressu in infinitum, per modum lineæ simplicis concepto. Ast huius generis processus infinitus æque concipi non potest. Linea enim infinita non potest pertransfiri; ergo si in infinitum extenderentur parentes nostri, nunquam nos prodire potuissimus. Concinne admodum Excellentissimus HAMBERGER, Præceptor noster devote colendus, quale, ait, fingis tibi infinitum? Concedis nempe ordinem causarum hic usque processisse, ut quæ nunc editur operatio, aut qui nunc nascitur homo, sit ultimus. Quomodo autem series causarum, quæ infinita est, ad finem potuit peruenire, aut quæ cœpit nunquam, quomodo potuit progredi, quomodo consequi terminum. Cumque, quo altius ascendo, eo plures deprehendam terminos, num illud, quod à parte sui posteriore, quodque in medio habet terminos, à parte sui anteriore iisdem carebit, aut num illud infinitum erit, quod ex finibus est compositum, &c. conf. eius Disputatio, cui titulus: DEVS ex inspectione cordis. p. 32.

IIidem. *Machina artificiose elaborata supponit artificem.*

Ita clarum est hoc principium, ut vix probatione indigeat. Horologium arte effectum mira, nos redit

dit statim sollicitos de inuentore atque artifice. Quia eadem felicitate concludimus ad quævis alia, quæ effecta arte sunt. Casu enim, quod partes continet mire & in certum finem quandam coordinatas, nequit esse ortum. A se ipso proficisci non potuit, quia nihil est sui ipsius causa. Ergo supponit artificem quandam, à quo profecta sit hæc machina. Hinc quoque sua sponte fluit.

III. Princ. *Quo artificiosior est machina, eo quoque artificiosior buius artifex.*

Vel sola inductione clarum est hoc idem principium.

IV. Princ. *Machina, humana atque finita arte nullum imitabilis supponit artificium finito maius.*

Quo enim maius artificium SEMPER datur in re quadam elaborata, eo maiorem credamus artificem necesse est. Sic eo maiorem artificem colliges, quo maius in horologio sit conspicuum artificium. Pone igitur machinam quampiam, quam Opifex nullus, artificiosissimus licet imitari queat, neque illa spes unquam dari possit, tantum Opificem datum iri, sane quis nisi insipiens negaret, artificium hoc præquirere ens quoddam, quod supererat arte homines quosuis, in eo virtutem finitam quamuis.

V. Princ. *Dato infinito potentia, datur infinitum actu.*

Possit quis fere nos accusare ἀσυλογίας non minima, quasi à potentia concluderemus ad actum, id quod omnino esset ineptissimum. Igitur ad sensum huius principii nota, effectiva esse explanandum hoc idem principium; hac nimirum ratione: si datur re-

D bus

bus creatis implantata vis infinita multiplicandi se in infinitum, sequitur, existere quoddam ens, quod infinitatem hanc rebus creatis implantauerit, cumque iis communicauerit. Antecedentis probatio elucet ex rerum creatarum omnium adspectu, vita & augendi sese facultate praeditarum. Finge, mundum existere in omnem aeternitatem atque infinitatem, semper planta producet plantam aliam, brutum progignet brutum aliud, homo hominem. Putas ne hoc proueniare a casu? Quis vel somnians ita cogitaret? Recurris ad progressum in infinitum? Hic modo est refutatus. Natura forte communicauit corporibus facultatem tantam? Explicandum est ante omnia, quid naturae nomine intelligatur. Si connexionem intelligis rerum omnium brutam, ex qua effectus profluant in mundo existentes, demonstrare nunquam poteris, tantam huic inesse facultatem. Ecquomodo quođ brutum est atque sensibus est atque ratione destitutum, prodire faciet entia sensibus praedita, ut & iudicandi facultate. Ecquomodo implantare poterit huiusmodi ens, vim sese multiplicandi in infinitum & progenrandi, quæ sint consilio sensibusque praedita entia. Vix ego, quid regeri ad haec possum, video. Est itaque reliquum, ut statuamus, naturam esse iudicandi facultate praeditam infinita, eaque quæ sufficiat ad effectus ab hac natura vniuersali profuentes. Sic odio habes nomen DEI tantummodo, concedens rem ipsam. Igitur manet inconcussæ atque manifestæ veritatis hoc principium nostrum.

VI. Princ. Quod perpetuo datur, non datur casu.

Constat hoc ex terminis intellectis. Sibi enim perpetuitas & casus contradistinguuntur. Idque quod per-

perpetuo fit, casu fieri nequit: ut ex omnium exemplorum clarum est inductione. Pone, moueri semper horologium, illud sane casu fieri nequit. Vniuersaliter enim verum est: Quicquid fit semper, non fieri potest casu; neque illa instantia reperiri potest, quæ hunc infringat canonem. Iam fluit ex hoc Vito. Principio.

VII. Princ. *Quod non fit casu, pendet à consilio.*

Et hæc sunt sibi inuicem opposita. Casu enim fiunt quæcunque nemine cogitante contingunt, saltem dirigente nemine. Sic casu regula à domo decidens occidit hominem, nemine cogitante, multo minus dirigente. Consilio autem fiunt, quæcunque certa quadam deliberatione antecedente peraguntur, sic prælium committendum consilio dirigitur. Ut vero, quem posuimus supra canonem, afferere salua veritate possumus, ita & eadem salua, potest verti: *Quod pendet à consilio, non pendet à casu.* Ita clara est hæc regula, vt ampliore illustratione non sit opus.

VIII. Princ. *Quicquid pendet à consilio, dependet ab ente immateriali.*

Consilium quippe omne presupponit intentionem, deliberationemque. Omnis intentio necessario procedit ab ente immateriali. Materiam quippe si vel subtilissimam concipiias, intentionem quandamque deliberationem recipere posse, falsum est. Imo ferre pugnat cum natura materiæ, deliberare posse.

IX. Pr. *Omnes res materiales, ut & immateriales finita certo cuidam fini inseruiunt.*

Omnino mirum summi Opificis hoc est artificium. Cœli & quicquid in iis est, certis finibus sunt deputati. Idem de terra quoque dixeris. Opus esset infiniti laboris, deducere velle singulos, quos obtin-

nent res terrestres, fines. Quot non in uno homine obseruamus? Nulla datur hominis pars, quæ non sit certis destinata usibus.

X. Princ. *Fines bi non potuere prouideri & preparari à rebus creatis.*

Cum diuersissimi generis sint creatæ res, diuerso quoque modo iudicandum de iis est. Res nimis creatæ singulæ, quibus intellectus concessus non est, ne quidem sub dubitationem cadunt hac in re. Intendere enim finem, est res intellectus. Ad solas itaque creaturas rationales reddit disceptatio. Ast neque hæc intendere fines singulos partium singularum, quæ sunt liberis, in generationis actu, dici possunt. Varia quippe obstant. Cum vix millesima pars hominum calleat partes omnes internas, earumque usus & fines, quos ad conseruationem machinx debent iunctim conferre. Ergo hi omnes non intendere possunt in generatione. Dantur autem nonnulli, quibus accurate cognita sunt hominum membra singula, eorumque usus, hi generantes spectare possent ad fines fortassis aliquos, haud sane omnes. Præterea si vel maxime intenderentur fines omnes, quæ quæso est connexio cum effectu tam mirando consequente intentionem. Nullam ego saltem connexionem comprehendere possum. Firmissimum itaque est & manet, concurrere virtutem aliquam finita maiorem, hos tam mirandos effectus, parentibus mediantibus, progeneratorum.

Iam ad Conclusiones, ex his præmissis eliciendas.

Conclusio I. Admiranda structura partium in cerebro comprehensarum deducit nos ad opificem sapientem, ac magna præditum intelligentiam.

Admir-

§ (29) SE

Admirandam esse structuram hancce, vel ex sola descriptione partium cerebri patere cuilibet ad oculum potest : Deducere nos ad Opificem, patet ex principio antecedente II^o.

II. Conclus. Quo artificiosior est machina partium cerebri, eo quoque artificiosior est artifex.

Iuxta Princip. III^{um}.

III. Concl. Structura cerebri partium, finita arte nulla imitabilis innuit artificem, maiore quam finita, i. e. infinita sapientia preeditum.

Confer princip. antec. IV^{um}. Vix enim credo, eo quendam abiturum insanæ, ut diceret, esse imitabile artificium hoc. Impotentia statim eludet arrogatiā hancce.

IV. Concl. Hac structura partium cerebri artificiosissima non datur casu.

Rationem repete ex princip. VI^{to}.

V. Concl. Si non datur casu, datur consilio machina eadem.

Per Princip. VII^{um}.

VI. Concl. Si datur consilio, sequitur eius principium esse immateriale, & tota sua natura distinctum à cerebri structura.

Per Princip. VIII^{um}.

VII. Concl. Omnes cerebri partes certis sunt destinate vīsib^{is}. conf. Princip. IX^{um}.

Ab vniuersali enim ad particulare perpetua procedit consequentia. Demonstrauiimus hoc in præmissa structura cerebri integra.

VIII. Concl. Hi vīsus non potuere pranideri ab ente quodam finito. Ex Princip. X^{mo}.

IX. Concl. Ergo subsistendum demum est in ente quodam infinito consilio praedito.

A finito enim haecce talia non potuere proficiunt, iuxta conclusionem VIII. vam. antec. Præterea facultas quædam in infinitum se augendi supponit ens actu infinitum. Ex Princip. Vto. In quo demum subsistendum. Non enim datur progressus in infinitum, siue per modum lineæ, siue per modum circuli conceperis. conf. Princip. I. m. um.

X. Conclusio. Si datur ens prædictum consilio infinito, sequitur Dari DEV. Id quod erat demonstrandum.

DEVS est enim huiusmodi ens, secundum postulatum præmissum.

§. XIX.

Ex his fundamentis argumentamur ad existentiam attributorum diuinorum: Data entitate intelligentiæ infinitæ i. e. DEO, datur *Vnitas* DEI; Duo enim infinita simul consistere nequeunt. Demonstrata ita DEI *Vnitate*, sequitur DEI *Impartibilitas* siue absentia diuisibilitatis in partes sibi vere contradistinctas: *Vnitas* quippe est ipsa *Impartibilitas*. Sequitur hanc *Immensitas* (α) *Essentia*: qua DEVS caret initio, medio & fine; cum nullas habeat partes, quas ostendere queas. (β) *Potentia*, qua potentiaæ limites nulli deprehenduntur. Colligitur ex $\gamma\delta\epsilon\eta\pi\phi\lambda\sigma$ strutura, hactenus a nobis declarata: Sane omnipotens sic necesse est, qui viuentibus suis aliis dedit potestatem eam, qua artificiosissimam machinam sui similem, vel non attendentes ad tam mirandam structuram, produce-

ducere apti sunt. Præterea cui est infinita intelligentia, ei vi huius infinitatis erit quoque infinitas potentiae: euicimus antecedens in integrâ nostra tractatione. (γ) Scientia, & sapientia, qua terminum nullum admittere vñquam potest scientiæ, sapientiæque: eluent hæ ex omnibus dissertationis nostræ paragraphis, disponere non tantum in vna quadam corporis machina partes, certisque destinare vñibus, verum etiam ipsis his machinis largiri potentiam producendi easdem partes tam sapienter constructas, hæc omnia inquam efficere hac ratione, est omniscientia documentum irrefragabile. (δ) Durationis: qua repugnat DEO, habere terminum vel a parte ante, (vt cum Scholasticis loquar) vel a parte post, initium, inquam, & finem. Ecquomodo infinitum habere potest terminum vñlum: vel ipsum vocabulum excludit fines omnes. Alio nomine appellant aeternitatem. Inferimus pørro, Si DEVS est immensus ratione Essentiæ, Potentia, Scientia & Sapientia, competit ei quoque Incomprehensibilitas, qua comprehendendi nulla ratione valet: qua quæso ratione finitæ intelligentiæ ens capiet ens in finitum, qua ratione imperfectum ens perfectissimum omnium? cum finiti ad infinitum nulla sit proportio, nulla quoque dabitur comprehensio entis infiniti quantum præstanta a re quadam finita. Vitanda tamen est confusio existentia cum essentia omnibus modis: quæ alias frequens eteadmodum. Collocuti sumus ipsi cum hominibus, quibus dubia erat existentia Numinis: quos vbi suimus expisciati, confundere perperam vidi-

mus

4

5

6

3

mus existentiam cum essentia diuina. Indubitata veritas est assertio, essentiam DEI superare intellectus nostri vires. Interea certitudo existentiae entis cuiusdam incomprehensibilis manet sole clarior. Concluderemus vel nullo negotio ad eruenda attributa diuina reliqua: Verum cum scopi nostri leges minime exigere videantur attributorum deductionem, merito superse demus hoc labore.

§. XX.

Hæc circa hanc materiam voluimus monere: si non in omnibus effectus respondit intentioni, cogitemus illud tritum: *In magnis voluisse sat est.*

Ceterum Vale, Lector, & fave conatibus nostris.

F I N I S.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn891017178/phys_0041](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn891017178/phys_0041)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn891017178/phys_0043](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn891017178/phys_0043)

DFG



¶ (o) ¶

den / darinnen erkühnet sich der arme Sünder ab
und seine gute Wercke mit Christi Verdienst zu
venn er zu Gott saget: Ich übertreiche deiner
Majestät / in Vereinigung der Verdienste des
ebens und Sterbens Christi / der allerheilig-
au nnd aller Heiligen / ist vor allemahl / alle
Le / mit dem kostbarsten Blut Jesu / unsers
waschen / und darein gewickelt. Ja er flicket
e der Heiligen selbst ins Vater unser / und spricht
t: Vater unser / der du bist im Himmel / durch
welche ich dir nebst denen Verdiensten Christi
Jungfrau und aller Heiligen überbringe/
Tahme gebeilstget / zukomme dein Reich ic.
Christum vor den einzigen Mittler? Oder lässt
s damit entschuldigen / daß Moses ein Mund
und der Menschen gewesen? Man hat noch vor
/ mit approbation vieler Uniuersitäten und
esandten / gehabt / Maria sey die Zuflucht auch
in der / welche in Todsünden stecken / darinnen
ich nicht Busse thun / oder die Busse versäumen,
berühmte und discrete Leute in der Päpstschen
mäßigen Dienst und Erhebung Mariä wiederra-
entlich improbiret / daß man davor halte / Maria
Hölle erlöszen / daß man sein Herz theile / und
umb Gottes Willen / sondern neben Gott /
vereubre / als wenn ohne sie kein Zugang durch
Gott wäre / sie allmächtig / eine Erlöserin und
neine / und daß man vom Richtersthul Gott
appelliren könne / welche die Kirch / als
je / ja auf welche mehr Vertrauen / als auf Gott
so hat man nicht allein zu Rom im Jahr 1673.
ing / so doch verschiedene Erzbischöffe und grosse
biret / gänglich verdammt / sondern auch viel Bü-
eschrieben / und die Abgötterey zu rechtfertigen
edenn Laurentius von Dript / dessen Schrifte

B 3

über